aquilonis

delic... tua illam perfectissimam sanctorum ostendit plenitudinem que implere

bo... ualeat capacissima illam celestis patrie immensitatem; Nam et si paucis

electi ad infinitam reproborum numerositatem comparati; illis tamen eterne dispen

sationis cribro euentilantis multitudinem habebuntur sicut grana palearum aggeribus

obfusa pauca uidentur; Sed illis sublatis tanta conspicientur que im

plere sufficiant magnum domini sui horreum. Laetetur mons sion et exultent

filie iude propter iudicia tua domine; Id est repleatur gaudio spiritali ecclesia

sita in excelso uirtutum culmine ex quo celestia mente contemplans diuina

perfruatur uisione; Circumdate sion et complectimini eam; O fideles anime

complectimini et honorate sanctam ecclesiam ulnis fidei; Narrate in turribus eius

.i. religiosos sermones in conuenticulis fidelium; Ecclesia enim per uniuersum orbem

diffusa unitate sincere fidei que si quodam muro complexa una ciuitas

efficitur cuius ciuitatis turres sunt singula fidelium conuenticula; Poni

te corda uestra .i. ap... ad intellegendum; In uirtute eius; Non

in ... similitudine ... in ipsa uirtute; Multi namque sunt formam

quidem uirtutis habentes uirtutem autem ipsam operibus abnegantes; Et distribuite

domus eius .i. gradus ecclesiasticos spiritalium carismatum distinctiones;

Ut enarretis quid sit illud quod enarrari dicit; Quoniam hic est inquit

deus deus noster in aeternum et ipse reget nos in secula; Regit quippe in pre

senti dum ab inminentibus defendit periculis; Reget et in futuro ad aeter

nam nos dirigendo patriam; TITC ex persona christi cantatur hic psalmus

siue etiam generaliter ex persona omnium apostolorum inuitantium omne genus

hominum et cohortantium ad spem uere libertatis et ad perfectum uite me

lioris. Docemur autem ... qualiter omnes presentis uite dignita

tes diuitias quoque et uoluptates pro nihilo ducamus ostendens eas labiles

nec diu tenendas sed citissime amissuras;